antiqui· nec in terris nobis aduersum homines habenda sunt·
proelia· sed aduersus principatus aduersus potestates· aduersus
mundi huius rectores tenebrarum harum· Iam utique in
tellegis in quibus locis huiuscemodi sint tibi mouenda certa
mina· Aut si non tibi sufficit intellectus· nisi etiam ~~enim~~ loca ipsa
manifesta tibi uoce signentur· audi in consequentibus· ad
uersus spiritalia in quid nequitia in caelestibus· Audisti
qui sint qui tibi bello et fide de caelestibus expellendi sunt· ut tu
R possis loca illa et regna caelorum hereditatis [forte] suscipere·
Sed et dominus in euangelio· nonne euidenter hoc designat cum dicit·
A diebus iohannis regnum caelorum uim patitur: et uim fa
cientes diripiunt illud· quid ergo non cessas o heretice et iam
domino et saluatori nostro calumniam facere· qui regnum
caelorum quod credentibus in se promiserat per uim diripi
iubet· Et utique si adhibenda uis est certum est quod possi
dentibus adhibenda est· Uim enim facere hoc est expelle
~~inuadere~~ re possidentem· possessionemque ~~decipere~~ [diripere] dicit· Ergo
quid aliud est quod accussatis fecisse ihesum successorem moysi·
Atque utinam digni essemus quibus dominus ihesus sapientiae suae
aulam panderet· et introduceret nos in thesauros sapi
entiae et scientiae [suae et ea] de quibus [nunc] pedetemtim conamur et tam
quam per speculum et in enigmate aliqua ex parte contueri
et inspicere figuras plenius nobis reserare et perfectius
dignaretur aperire· Uideris quomodo nobis clarescere
cuius potissimum ex spiritalibus hostibus his qui nunc
inpugnant israhel spiritalem figuram tenuit iste prin
ceps clemageda et ille delachis· et ille delebna [aut] cuius intra
tem et ipsum uitiis uel erroris quibus anima inplicatur·
formam tenent singuli quique horum quos ihesu duce interficit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0110